

pro modulo suo gratias agere Creatori. Sermo manuscriptor.

Potius ad majorem excessum evadere ingrati- do, quam utendi beneficiis iisdem, ut ledat benefactorum? Attamen ad hanc ingrati- tudinis verticem quotidie mortales ascendunt. Nulla est benedi- ctio, quae non cedat in maledictionem; Deus illis non tribuit bona, quae illi in virtus non vertant. Dat illis opes, & valetudinem: sed illi his quomodo utuntur? Pulchritudinem, ac vitae quinam est usus? Res easdem, quas tradidit nobis Deus tamquam salutis acquiritendae convertimus, & Deo ipsi bellum inferimus pro eadem ipsius beneficia, quibus ad illum ledendum abutimur. Tenebris, quae carpendae quieti destinatae sunt, ad nostra flagitia con- tegenda utimur; lumine vero utimur ad nostrorum cupiditatum conatus explicandos. Mare, ac terra non satis repleta sunt bonis, ad explendam avari- tiae nostrae aviditatem; & quicquid factum est in necessitatem nostrorum subsidium, modo factum est delictum nostrorum cupiditatum. Et hoc, quae- so, non est apertum Deo bellum ledere potius quam illi beneficiorum collatorum gratias referre? Quo nomine hoc appellabitur, si non est monstrum In- gratitudinis? Sermo manuscriptor.

Jerolymae excidio, Israelitarum captivitate, & Judaici populi, qui deinde in terris vagus & erro- vixit, sine sede, sine patria, atque in statu om- nium miserorum, Scriptura nos docet; quid nobis cogitandum sit de ingrati- tudine; quantopere odium sit hoc vitium, & in oculis Dei detestabile; quoniam peccatum hoc attraxit hanc malorum cate- nam in populum illum calamitosum. Veram si Deus ita animadvertit in populum hunc propter ingratu- dinem, quid Christianis ab eisdem ira expectan- dum non est? Et si verum est amorem conversum in odium fieri implicabilem, quid erit de amore, quo nos complectitur, & quem quotidie teterimo ingrati animi vitio rependimus. Cumulataverat Deus beneficis suis populum Israel; si ita graver illum percussit pro ingrati- tudine tot beneficia, quae illis videbantur in terrenis tantum possessionibus confi- stere; quodnam satis erit supplicium puniendis Fi- delibus, inter quos Salvator ipse voluit apparere, ac semet obicere oculis eorum in altari ad finem usque saeculorum, quibus ea promisit, quae tantum superant ea, quae populo antiquo sponderat, quan- tum Sacramenta praesentia superant legis antiquae caeremonias, & qui bonis his abutentur, ut suam laedant Creatorem? Sermo Manuscriptor.

Quanam est praesumptio nostra, cogitare facile esse cum Deo in gratiam redire post tantam, erga illum beneficia ingrati- tudinem? Quid veteri populo suo exprobravit: Filios enutriti, & exaltati: ipsi autem spreverunt me. Quid exprobravit David: Ego unxi te Regem super Israel: & ego erui te de manu Saul; hujus regnum dedi tibi; & si bona haec modica sunt, adjicium multo majora: Tu vero spre- visti mandata mea; meaque praesentia non cobibuit inobedientiam tuam; gladius irae meae non recedet a domo tua. Cur tanta exarsit ira Dei in Saul, qui Agam Regi pepercerat? Nisi quod Saul inge- nium illius detredavit tunc cum a Deo cumulati- simam de hostibus victoriam reportaverat. Cur du- bitamus adhuc de Salomonis salute? Quia Rex hic caelestibus gratiis cumulatus peccavit. Quid reipia gravior, indigniusque esse potest ingrati- tudine, & rebellionem egeni adversus benefactorem suum? Sed egenus, & miser, qui plurimis affectus fuit benefi- cis, & qui omnem grati animi sentiam jugulat, ut suae cupiditati pareat: nonne indignior est mise- ratione, quam alter quilibet nocens? Lumen natu- rale nos docet, hero optimo majori cum fidelitate servendum esse; & servum, qui inserti illi contumeliam, severius esse puniendum; & inutilem, con- temptamque clementiam tandem coget judicem, ut se inexorabilem praebet. Ex hoc caesione judicem quid nobis sentendum sit de nobismetipsis. Pater la Pesse.

Nihil odiosius ingrato beneficiorum, quibus ornatur, obliviscere. Nihil est contra beneficium, atque laudabilius ea virtute, quae nos adigit ad referen- dum benefactoribus gratiam per officia omnia, atque

Dei cultus proprie lo- quendo non aliud est, quam

Omnes fe- deris be- neficiis abutuntur, ut illum offendant.

Quoque Deus hor- tetur ingratitudinem.

Frequenter Iudaeo po- pulo ex- probrat ipsius in- gratitudi- nem. Iste 2. Reg.

observantiam, quam illis praestare possumus: In hoc maxime constitutus est Dei cultus, & pietas, ut anti- ma ei non sit ingrata. Dei cultus & Religio, quae princeps est omnium Moralium virtutum, in hoc potissimum constituta est, S. Augustinus inquit, ut fidelis anima Deo ingrata non sit, & non postremus finis, propter quem instituit Deus augustissimum omnium Sacramentorum & ipsum etiam Sacrificium, idem Pater ait, fuit, ut per hoc omnia disolvere- mus gratiarum actionis officia eo modo, quo hoc perfectissime fieri licet, offerendo illi victimam quae suo pretio exaequat omnia bona, quae ab illius largitate percipimus. Hac ipsius D. Thomae sententia est, cum ait, omnem effectum suapte natura con- verti versus finem suum eo modo, quo maxime de- cet. Cum autem Deus bonorum omnium sit Autor tribuens nobis esse, vivere, agere, & caetera; quid aequius est, quam per animi grati sensum omnia praedicare beneficia, quae accipimus, & accipimus quotidie ad infinita illius misericordia: praeterim vero ipso egestati nostrae suppeditanti media oppor- tuna Sanctum Sacrificium, & Sacramenta, quae ille instituit: media inquam opportuna ad referendas il- li gratias, quae infinitam ejus deceant Majestatem? P. Noves in Meditationibus ejus.

Quemadmodum nihil magis praclarum, ac laude dignum est, quam grati animi virtus, ubi perfecta est; ita nihil ipsa infrequentius. Videmus in Evan- gelio ex decem leprosis unum dumtaxat ad Jesum reverti; & ex decem peccatorum millibus, quibus Deus innumera remittit flagitia, suamque gratiam imperit; vix unus est qui beneficis Dei non abu- tatur, tantum abest, ut illa in Dei cultum conver- tatur. Saepo etiam invenitur, ut qui praeteris tenentur magis illi gratias agere propter majora bona, quibus cumulati fuerant, sint alii ingratiore. Pau- per, & simplex artifex, qui pauciora, quam nos accepit bona, majorem quam nos habet ingratitu- dinem; & satis esse videtur plus accepisse, ut ma- jorem habeamus ingrati- tudinem. Et profecto quid plerique mortalium faciunt de beneficis Dei? His abutuntur, ut luxuriose vivant, ut mollem, ac proflus mundanam vitam ducant; desideria, & libidi- nem marcescunt; saeculi curis, & concupiscentiis oc- cupantur; quodammodo sepulti in tenebris, quae omnem salutis, officii eorum eis auferunt cura- ram. Quomodo nam igitur possunt illi tua agnosce- re beneficia, o Deus! quomodo nam fieri poterit, ut tibi gratiam vel agant, vel habeant? Beatus il- le, S. Bernardus ait, qui semper timet, & qui non minus revertit ut iis, quae recipit beneficis obruat, quam peccatis, quae patrat. Idem.

Omnem vitam nostram debemus transigere iugi- ter agendo gratias Deo; nullum quippe momentum est, quo non aliquo beneficio afficiamur. Ipse nos in hanc lucem eduxit; ipse nobis baptismi gratiam contulit; hanc ipsi per peccata nostra perdidimus, ille vero eam nobis reddidit per Poenitentiae Sacra- mentum; eamque ruerit jugibus subsidii; ipso nos- tras moderatur cogitationes, nostra regit verba, actiones nostras gubernat. Verbo, ab illo recepimus essentiam, de illo vivimus, per illum operamur. Miseri profecto sumus, nisi iuge hoc praesidium ju- gi gratiarum actione celebremus. Hoc enim omne illud est, quod illi possumus retribuere: quoniam nihil facere possumus, quod vere gloriam ejus ar- geat, vel aliquid illius adiciat felicitati. Quapro- pter Apostolus scribens ad Ephesios hortatur nos, ut quovis tempore, & pro rebus quibuslibet Deo Pa- tri gratias agamus in nomine Domini nostri Jesu Christi. Gratias agentes: semper pro omnibus in nomi- ne Domini nostri Jesu Christi Deo, & Patri. Et in Epistola ad Thessalonicenses ait: In omnibus gratias agite. Boni, quod accipimus magnitudo debet esse mensura ingratitudinis, & actionis gratiarum; ad Deum nil majus nobis conferre potest, nihilque divinus gratia sua; quoniam hac est essentia suae participa- tio. Sed cum a nobis iactura facta est illius, quam ipse nobis in baptismo dederat, eamque in Poeni- tentiae Baptismo restituit, hoc est augmentum gratiae, & largitatis; quia nosmet eadem indignos praebu- mus. Quomodo igitur illi satis dignas gratias agere possemus, & in quo cor, mentemque nostram a- quius impendere? Godeau in quadam Homilia.

Rara est ingratitudo, inter eos qui maxime in Deo beneficiis cumulatur.

Deo gratias agendae sunt ob ea beneficia, quae quotidie ab eo nobis conferuntur.

ad Eph.

I N-

INTEMPERANTIA

Cibi, & potus. Gula, Ebrietas.

MONITUM.

Mens mihi fuerat hoc de cibi, potusque intemperantia argumentum cum abstinentia, sepiusque uno eodemque titulo complexi; ut ex horum contrariorum oppositio alterius quidem pulchri- tudo, alterius vero turpitudine magis elucescerent; sed intellexi tandem utramque satis ubere- rum copiam suppeditare posse, ut duplicem ego quidem titulum instituerem, alii vero pluri- mas conciones adornarent; quamvis difficile sit ita utramque conjungere, ut ex altero nihil asse- ratur in alterum.

Attamen ut tituli, minus quam fieri potest, augerentur, in praesenti hoc de intemperantia collegi quicquid potus, & cibi respectu excessum, quorum alter gula, ebrietas alter nuncupatur; quemadmodum sobrietas, atque temperantia in voluptate gustus circa haec duo eadem versantur, quae utramque illius, ut ita dicam, paginam absolvunt.

Ceterum quamvis hoc argumentum per se de suggestu pertractari consueverit, attamen si hujusce temporis mores, atque consuetudo spectentur, dici potest nulli esse necessitate secundum; quoniam apponitur luxus, prodigalitati, convivorum sumptus, mollietati, & voluptati nobilium, divitiarumque, nec non effusa plurimorum in omni intemperantia libidini; neque satis unquam iurebi possunt Ovatores facti in hoc vitium, cuius effectus tur- pissimi simul sunt, atque perniciosissimi. Cavendum tantummodo est perdiditinger, ne vitii hujus adeo aperta facti bipotipos, ut nimis ganeam, nideantque tabernae redeat; & ne nimium abjectis vocabulis quae statim; licet illis Sancti Patres uti fuerint; hac enim in re lauti lingua minus, quam vernacula, id genus nomina per- horrescit.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Conciorum hujus Argumenti Systemata.

I. Vltre necessitas, atque voluptas duo illa sunt, quae temperantiam generatim sumptum moderantur; & quemadmodum in- temperantia in utriusque excessu consi- sit, in duplici Concione parte ostendi possunt ma- la, quae potus, cibique gignit intemperantia. 1. Ex- cessu epularum, & vini; 2. & voluptate, quae in epularum deliciis, & varietate percipitur.

Partis prior. Omittio mala, quae vini, & carni- um excessus gignere consuevit illis, qui abdomini in- ferviunt, omittio valerodium detrimentum, morbos gravissimos, ac doloribus reterissimos, quos parit; omittio mortem ipsam, quam saepe praerit; ne- que immoror eam considerans perniciem, quam spiri- ritus humani qualitatibus adfert, quem quidem vi- tatur, atque corrumpit, ineptumque nobilioribus, utilioribusque cognitionibus assequendis facit. Inter ea mala, quorum intemperantia causa est, ea tantum adnumerato seclera, in quo ex se, suoque ingenio illos impellit, in quibus dominatur, & quae in Scri- pturis referuntur. Primum est obivio Dei, om- nianque Religionis officiorum, quum loquamur de perjuris, blasphemis, sanctorum rerum irrisionibus aliisque id genus impietatibus, quarum secunda est mater ebrietas. Satis est dicere hos homines suo matos abdomini ventrem sibi Deum constitutere, ut inde inferamus non alium ab ipsis cognosci Deum, illi omnes cogitationes, atque suas impendere, & in eo finem suum collocare. Alterum est impu- dicitia vitium, quod ab intemperantia nunquam separari potest; ubi Tertullianus, Sanctique Hierony- mi sententiae possunt afferri. Tertium est durities, & injustitia horum mortalium erga filios, familiares que suam, quam evertunt, ac saepe ad extremam usque mendicitatem redigunt.

Partis altera spectat ad alterum temperantiae offi- cium, quod est vitae voluntatis moderari. Ale- ria, quae in esu, & potu committitur, intemperan- tia in qualitate, ac deliciis epularum consistit, quibus potius ad sensuum oblectationem, & voluptatem utitur, quam nos in alia adducit flagitia, quae licet coram hominibus non adeo turpia videantur, non sunt tamen coram Deo minus magna. Sunt autem 1. luxus, & sumptus in saecularum multitudine, & pretio, qui manifestus est bonorum abusus, quae in usus alios nobis tradidit Deus. 2. Sensuum oblecta- tio, quae Christianam mortificationem oppugnat, & evertit. 3. Duritia in pauperes, quibus debetur id, quod innoxiam superfluitatem impenditur.

II. Nihil est, quod hominem magis vecordem, stupidumque reddat, quam potus, cibique intem- perantia. Houdry Bibl. Tom. II.

Illum efficit sui corporis, & voluptatis man- cipium; illum carnalem, ineptumque omnibus spi- ritus obediendis officiis facit, negotiis agendis, & transigentis imparem, & ut verbo me expediam, ad brutorum conditionem demittit, quorum ludia seclitur; quamobrem vitium hoc esse turpe, & quae sese eodem conquinaverit ab his omnia, qui cor- dati & honesti sunt, negligit, atque contemnitur. 2. Nullum vitium est, cuius habitus magis ad im- pietatem, obiviam Dei, contemptum eorum om- nium, quae ad religionem pertinent, inducat, quam immodicus vini usus, qui ad perjuriam, & blasphemias inducit.

Homio in triplici statu considerari potest, in natu- rali tamquam rationis compos, in civili, tam- quam reipublica pars propter honorem; aut manus aliquid, quod in eadem exercet; ac tandem in sta- tu Christiano. Offendendum igitur est quomodo per intemperantiam.

1. Infringantur naturae leges, quibus satis est id, quod ad victum, ac valetudinem est necessarium; ad hoc enim dumtaxat instituit Deus cibum, ac potum tamquam remedia. Quod igitur ultra neces- sarium est, naturae contrarium est, habundanti- ter firmat, ac vitam immittit; Ad hac vultumodi ex- cessus lumini rationis opponitur docentis ex eo, quod medium est, finem fieri nefas esse; & ita enim rerum pervertitur ordo. 2. Intemperantia hominem inivilem, immo & perniciosum civili efficit socie- tati. Cum maneri obivando pat est ganeo, tamli- domique suae negligens curam, omnia deserens, suoque tantum ventri indulgere contentendus? No- ne publicam aequae ac privatam negligere? Quod- nam tempus Reipublicae bono potest impendere, qui semper affidet mensa, vel inter compositos, comestoribusque versatur? Nonne exemplum illius ut famillie sua interitum parit, ita civitati univer- sae exemplum praebet perniciosissimum? 3. Sin au- tem hominem hunc tamquam Christianum inspicia- mus, praeterquam quod fundamentales ejusdem leges infringit, nempe mortificationem, & fugam earum voluptatum omnium, quae non in seclis possunt im- pellere; quo pacto ille sua obit munera, ille, qui frequentius in cauponis versatur, quam Templis? Num exercet ille bona opera, nam ad Sacramenta frequens accedit, num erga pauperes charitatem praesertit? &c.

IV. Injuria, quae fit Deo per intemperantiam, per quam ex ventre fit Deus, Deoque praesertitur res adeo humilis, & abjecta, qualis est inordinato facere fa- tis appetitui; per quam ut olim Estia pro lenium cauk-

III.

IV.

I N-

Estillo Coeli hereditatem, ac primogeniti jura vendimus; ut Israelita Aegypti allia, cepasque mannae celesti anteferimus; videlicet bibendi, edendique voluptatem spiritualibus deliciis, quae in Dei servitute gustantur. Ita Deus hoc vitio tantam sibi inferri putat contumeliam, ut per Prophetas suos in homines hujusmodi maledicta ejaculetur, atque insignia illis proponat supplicia, in hac alteraque vita in illos exercenda. 2. Injuria, & damnum, quod homo per intemperantiam affert proximo suo. Egeos quidem privat ope, quam illis debet, quia illis erogare tenetur ea, quae mensae superflua sunt; sed heluo mavult potius pauperes interire fame, ut olim epulo Evangelicus, quam vel minimum illis afferre solatium: immo neque suorum miseretur filiorum, quibus saepe ea negat, quae necessaria sunt, ut habeat, quae in ganeis, & comotationibus suis misere impendat. Creditores quoque frustratur in convivia, opiparique mensas pecuniam dissolvens illis jure debitam; Servos etiam debito fraudat stipendio praeter scandalum, quod illis, & saepe etiam civitati tribuit universae &c. 3. Praesertim vero late differendum est de injuria, quae se ipsum afficit, suae officinae valetudini, gravissimos sibi confans morbos, & saepe etiam praecoxem mortem accelerans: Omnia bona sua obligurit, rem familiarem disperdit, ac saepe se ipsum ad turpissimam redigit egestatem, in qua deseritur a ganearum suarum sodalibus; cum quibus sua dissipavit patrimonia. Gravissima tamen, quam sibi met inferit, injuria haec est, quod conscientiam suam feceritis criminibus pollutam, quae ab intemperantia separari non possunt, & quae deinceps recensebuntur.

V. Intemperantia communissimum, atque familiarissimum est in omni statu, & conditione vitium; quomobrem nullum est, cujus habitus facilius contrahatur, & qui difficilior, ac fere numquam abiciatur. 2. nullum est, cujus habitus & sibi, & aliis fit perniciosior, ideoque vel coram Deo nocentior, vel coram cordatis, sapientibusque viris turpior.

VI. Pro concisionis argumento assumi potest haec Tertulliani sententia: videlicet intemperantiam, quippe quae causa exitit originalis peccati omnibus hominibus, illud quodammodo iterum excitare, & tanquam actuale scelus efficere in iis, qui huic obnoxii sunt crimini, qualis erat populus Israel, de quo Auctor hic ait: *Primus populus primi hominis rescumpserat crimen.* Idque ob triplicem effectum, qui gulam consequitur.

1. Intemperantia hominem de nobilitate suae gradu deturbat, atque ad brutorum dejicit conditionem, quae hac in re hominibus ipsis minus sunt ventri indulgentia: *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus.* 2. Illum omnibus fere subicit creaturis, quibus antea dominabatur. Pendet enim a plerisque animantibus, quae illi praebent obsonia; plurimorum opera indiget, quorum alii sibi comparent escas, & exotici regionibus afferant; alii opportunis juscibus, ac salianentis communione epulas condant: ac ipse tandem sui corporis est; suaeque voluptatis mancipium. 3. Hac illi saepe mortem inferit, vel saltem vitae cursum breviorem facit, sexcentisque parit molestissimas aegritudines, quae profecto sunt peccati originalis effectus: sed quas intemperantiae peccatum efficit frequentioribus. Illud vero magis dolendum est, licet ceteris mortalibus peccatis commune, quod animae mortem parit pluribus, quam alia peccata, in quae hoc ipsum nos trahit, & quorum esse causa &c.

VII. Cum gula abstinentiae, & jejunio sit opposita, ostendere possumus, hanc oppositum gignere effectus iis, quos Ecclesia tribuit jejunio, qui sunt, 1. vitium, quibus obnoxii sumus, suumque injicere. *Qui corporali jejunio vitia comprimit:* Intemperantia e contra nos in omnia impellit vitia, quemadmodum saepe dicemus. 2. mentem elevare, & ad alterius vitae bona attollere: *mentem elevas:* intemperantia e contra dementes facit, ac divinis rebus meditando minime pares. 3. mercedem, ac praemia in Coelo mereri: *Virtutem largiris, & praemia;* intemperantia e contra nobis hujus, alteriusque vitae constat supplicia.

VIII. 1. Cibi, potusque intemperantia vitium est, a quo difficilior nobis cavere possumus, & contra quod maxima opus est attentione. (Nos in illud nostra in corporis oblectamenta proclivitas urget, & extrinsecus epulatum delicia, atque sodalitates &c. inducunt. 2. Hoc vitium minus, quam ceteri excusa-

tionem dignum est, licet hoc maxime speciosis sese praetextibus ornent, necessitates, quae nobiles viri sibi jus esse comminiscuntur laetius, quam vulgo mortales, velcendi, & societatis eorum, cum quibus vendendum est &c.

IX. 1. Qui opiparis dapibus oblectatur, ac intemperantiae obnoxiosus est, hic vitam ducit turpem, infamem, & honesto, Christianoque homine indignam. 2. Vitam ducit criminofam, quia mollis est, sensibus indulgens, ac infinitis referta criminibus, quae per intemperantiam patraatur.

X. 1. Intemperantia nos omnibus vitae hujus bonis privat: Corporis quidem, videlicet valetudine bona, vita, atque honestatis voluptatibus, ut eas consequemur, quae turpes sunt: Animae vero, quia confecta est omnibus virtutibus, omnibus pietatis exercitiis, omnibus bonis operibus, honestati, & existimationi, quae inter naturalia bona, pretiosissima sunt. 2. Nos in omnia fere mala, quorum haec prima exitit causa, in omnia vitia, injustitias, flagitia.

XI. 1. Intemperantia hominis, qui huic obnoxiosus est vitio, & qui vino praesertim indulget, huic constat infamiam, bonorumque virorum contemptum. 2. Gravissimam committit injustitiam contra familiam filiosque suos, quos ad mendicantem redigit, ut suae gulae obsequatur. 3. Publicum denique parit scandalum, ganeis, & comotationibus suis, quae fallere nequeant, & quae sine pluribus imitatoribus, sodalibusque esse non possunt.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad propositas Concionum structuras elaborandas.

Sanctus Augustinus, l. 10. *Confess.* c. 31. ostendit ^{Sancti} ^{crec.} gulam, atque intemperantiam non in epularum qualitate, sed in appetitu, inordinatoque iisdem futurandi desiderio consistere.

Idem, l. *Quaest. ex utroque Testam.* ostendit, quam injuriam animae afferat gula, & quae cura in ea reprimenda adhibenda sit.

Idem, vel Auctor de *consuetudine vitiorum, & virtutum*, docet alimentis aequae, ac remediis utendum esse, & intemperantiam Christianae Religionis spiritui esse contrariam.

Idem, ibidem acerrime invehitur contra immoderatam vini usum, & docet, in quae flagitia ebrietatis rapere consuevit.

Idem, *Serm. 231. de Tempore*, docet, quomodo corrigenda sit cibi, potusque intemperantia, & quomodo vitium hoc possit superari.

Idem, l. 4. *contra Julianum* c. 14. distinguit gustum, qui in dapibus invenitur ab intemperantia, quae efficit, ut sine modo iisdem utamur.

Idem, vel Auctor l. de *Salute*, *documentis* c. 37. & in *Epistola ad Saer. Virgines*, & in *lib. de Sobrietate*, & *virginum*, ebrietatis mala recenset, cujus perniciosos effectus depromptis ex Scriptura exemplis ostendit.

Idem, l. 2. *contra Jovinianum*, prolixo sermone exponit mala, quae copiosis ipsis parit intemperantia, & bona, quae adfert abstinentia, cujus rei plura memorat exempla. Et in cap. 5. *Epistolae ad Galatas* describit ebrium hominem, & contra ebrietatem declamat.

Sanctus Gregorius, *lib. 1. Moral. cap. 5.* ostendit mala, quae ex crapula & conviviis pronascuntur.

Idem, l. 30. *Moral. c. 13.* explicans haec verba ^{Job 31.} *Job: Clamorem exaltoris non audit*, ostendit gulam esse infatigabilem, & illi fieri satis non posse: Et capite 27. ejusdem libri, ostendit quinque variis modis circa hoc peccatum tentari.

Sanctus Ambrosius, *lib. de Abraham Patriarcha* c. 6. ostendit mala intemperantiae, & ebrietatis. De his loquitur etiam in libro de *Elia*, & *Jejunio* cap. 9. 14. 16. 17.

Sanctus Chrysostomus, *Homil. 10. in Genesim*, describit mala, quae in crapula, & ebrietate procedunt.

Idem, *Conc. 1. de Lazaro*, ostendit cibi, potusque intemperantiam in idololatram, & impietatem impellere.

Idem, *Homil. 37. in Acta Apostol.* describit injuriam, quam sibi inferit homo per intemperantiam, & morbos, quos in se detrahit &c.

Idem, *Sermone contra luxum, & crapulam*, docet hominem intemperantem, ac immedice sese dapi-

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & Scripturarum Applicationes hujus Argumento.

Aduc carnes erant in dentibus eorum, nec desecerat hujusmodi cibis, & ecce furore Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. Numer. 11.

Filius vester, si comestationibus vacat, & luxuria atque convitiis; lapidibus eum obruet populus, & moietur. Deut. 21.

Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in laetitia. Psal. 67.

Luxuriosa res, vinum, & sumptuosa ebrietas. Prov. 20.

Nullum secretum est ubi regnat ebrietas. Proverb. 31.

Vacantes potibus, & dantes symbola, consumentur. Prov. 23.

Qui diligit epulas, in egestate erit, qui amat vinum, & pingua, non dabitur. Prov. 21.

Cui vis, cui rixa, &c. Nonne bis qui commorantur in vino, & student calicibus potandis? Proverb. 23.

Noli esse in convitiis potatorum, nec in comestationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt. Ibidem.

Iustus comedit, & replet animam suam, & venter autem impiorum insaturabilis. Prov. 13.

Necatores sine misericordia filiorum suorum, & comestores viscerum hominum, & devoratores sanguinis. Sap. 12.

In multis escis erit infirmitas. Ecclesi. 37.

Vivere quasi homo frugi bis, quae tibi apponuntur, ne, cum manducas multum, odio habearis. Ecclesi. 31.

Noli avidus esse in omni epulatione, & non te confundas super omnem escam. Ecclesi. 37.

Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinentes est, adiacet vitam. Ibidem.

Operarius ebrius non locupletabitur. Ecclesi. 19.

Vinum multum potatum irrationem, & iram, & ruinas multas facit. Ecclesi. 31.

Cogitavi in corde meo abstrahere a vino carnis meae, ut animum meum transfererem ad sapientiam, devertiretque stultitiam. Ecclesi. 2.

Vinum & mulieres apostatate faciunt sapientes. Ecclesi. 19.

Sanctas est anima & corpori sobrius potus. Ecclesi. 31.

Amaritudo animae vinum multum potatum. Ibidem.

Sapientia non invenitur in terra saevientis vitium. Jobi 28.

Ve, qui consurgitis mane ad ebrietatem festinam, & potandum usque ad vesperam. Isaia 5.

Comedamus & bibamus, (ajunt glosi) eras enim mortemur. Isaia 22.

Ve qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Isaia 5.

Pro vino nescierunt, & praebrietate erraverunt. Isaia 28.

Hec fuit iniquitas Sodome, saturitas panis & abundantia. Ezech. 16.

Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Olee 4.

Saturati sunt, & levaverunt cor suum, & oblitii sunt mei. Olee 13.

Uulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perit ab ore vestro. Joel. 1.

Ve vobis, qui saturati estis, quia esuritis. Luc. 6.

Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate. Luc. 21.

In diebus Noe edebant, & bibebant, usque in diem, qua intravit in arcam: & venit diluivium, & perdidit omnes. Luc. 17.

Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Joannis 6.

Sicut in die honeste ambulamus: non in comestationibus & ebrietatibus. Ad Rom. 13.

Esca ventri, & venter escis: Deus autem & bunc, & has destruet. 1. ad Cor. 6.

Hujusmodi Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri. Ad Rom. 16.

Ebrietates, comestationes, & his similia, quae praedico vobis, sicut praedixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Ad Galat. 5.

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Ad Ephes. 5.

Multum ambulans, quos saepe dicebam vobis (nunc autem & sens dico) inimicos crucis Christi: quorum

IX.

X.

XI.

Acetici alique,

Qui de hac intemperantia verba fecerunt, sermo sunt.

Canisius, *Tomo 4. de vitiiis.*

Jacobus Alvarez, *Tomo 2. lib. 1. part. 3. & 4.*

Granatenis in *Peccatorum Duce*, l. 2. c. 8.

Drexelius in *Niceta*, lib. 1. cap. 4.

Nicolas Lancicij, *Opus.* l. 2. cap. 2.

Merchantius, in *Tuba Sacerdotali*, tract. 5.

Bernardinus Rossignolus, *lib. 2. de Discipl. Religiosa* cap. 10. & 11.

P. Suffren, *Tomo 1. Anni Christiani* c. 8. s. 3.

Sancta Familia P. Cordier, *Tomo 2. c. 7.* ubi de vita frugi, deque excessibus, qui in vita committuntur, verba facit.

P. Haineuve, *Tertia parte de Ordine Serm.* 26.

Pean, *libro de Spiritu Christianiani* Tractatu, vel Sermone 6.

P. Heliodorus Capuccinus *Sermone* tertio de voluptatibus gustus.

Stephanus Niger de nimia obsoniorum appetentia. *Jodocus Goccius in Thesuro Cathol.* Tom. 2. l. 2. cap. 3.

Kaynerius de Pisis in *Pantheologia*.

Liber cui titulus: *Bellum vitium*, Conflictu 10.

Padagogus Christianus, *Part. 1. cap. 7. s. 6.*

P. Neppeu in *Christianis Considerationibus* Tomo secundo.

Gobinet in *Institutione Juventutis*, prima parte, cap. 13.

Dandinus, *Ethica Sacra*, lib. 8. de Gula Intemperantia.

Javellus, 2. parte *Philosophiae Christianae*.

Philo Judaeus tractatum edidit de ebrietate.

Petrarcha quoque *Colloquium* habet de crapula.

Seneca *Epistola* 84. plura habet ad hoc argumentum spectantia.

Mathias Faber, *Conc. 1. & 2. in Dom. 6. post Pentec.*

P. Grisel in *Adventu*, cui titulus *Balthasar*, Sermone 3.

In *Dictionario Morali* Tomo 5. sermone, & plures Considerationes invenies de ebrietate.

In *Sermonibus Moralibus* sermo est de intemperantia.

Auctor sermonum Christianorum sermonem habet de solutoribus Bacchanalium conviviis pro prima Quadragesimae Dominica.

P. de la Colombiere, *Tomo quinto Sermonum* plures habet Considerationes de intemperantia.

Auctor *Sermonum* in omnia Ethica Christianae argumenta unum habet de intemperantia sermonem Tomo 2. argumentorum particularium.

Graaatenis in *locis Communibus*.

Paraldis *Tomo 2.*

Bufusus in *Panario Titulo Gula*. Item *Ebrietas*.

Lohner.

Summa Praedicationum. } Tit. Gula.

Labaths.

Howdy Bibl. Tom. II.

Concionatores.

Qui collectanea ediderunt.

finis interitus; quorum Deus venter est: & gloria in confusione ipsorum. Ad Philip. 3. Hi sunt in epulis suis macula, convivantes sine timore, semetipsos pascentes. In Epist. Iudæ.

Exempla Veteris, Novique Testamenti.

Intemperantia primum fuit hominis peccatum, omniumque malorum nostrorum causa, Fatale pomum, quod comedit Adam contra Dei vitium, virus suum in omnem ejusdem progeniem effudit. Satis patet quam in occasione peccatum illud fuerit patratum, & quo pacto ille sollicitatus fuerit, ut explicatum Creatoris preceptum infringeret. Eva nacla est fructum visu pulchrum, & promissio futurum ut Deo similis fieret amorem proprium ejusdem palpat. Hac in ætate manum extendit ad pomum, quod illi fuerat interdicitum, atque ex eo comedit, ut suum appetitum expleret. At hoc factis non fuit calamitosissima femina; illud viro quocumque suo manducandum præbuit, qui vel ne illi discerneret, vel ut pomi gustum perciperet, ex eo manducavit. Sed quamcumque ob causam comederit, hoc fuit intemperantia peccatum, quod in posteris eam peperit cupiditatis perturbationem, quam ipsi experimur, erga ea, quæ sensus nostros, gustum vero præsertim illiciat, qui ideo datus est nobis, ne radio affereremur cibis, quæ ad vitam alendam sunt necessariæ.

Notatur dignissimum profecto est non satis liquere utrum, antediluvianii homines, qui adeo corrupti, voluptatibus abditæ, atque in omne simplicitatis genus solutissimi erant, mensas animantium carnis instruerent, & vino uterentur, quod aliquando post inventum icimus. Evangelium nihilominus asserit, illos eodem tempore, quo Deus universali cataclismo eluere voluit peccata, quæ ab illis patrabantur, bibisse, & manducasse, nuptias, & convivium fecisse, quin Noeticæ minz ipsi negotium facerent; quæ res quosdam Sanctos Patres in eam impulit sententiam, ut affirmarent, si cibi, potusque intemperantia fuit, quæ de re ambigere nefas est, causa obscenarum libidinum, quæ Deum ad iracundiam provocarunt; hæc in re ipso etiam communium epularum usu, qui minime interdicitum est, posse peccari; Quibus addi potest, eorum intemperantiam longe aliam futuram fuisse, si opparatus habuissent dapas tanta arte, ac studio conditas, delicatissima vina, aliisque nostrorum temporum cupiditas, quæ sunt voluptatis incitamenta, & quæ concupiscentiam inflammant.

Nihil hoc in argumento magis apertum, & explicitumque in sacris suppetit Biblis, quam intemperantia Esau. Cum venatu fatigatus esuriret, domumque reverfus nactus esset fratrem Jacob, jamjam conaturum lentium edulio, statim cibi hujus cupiditate flagrav; De mihi de cæione hac. Pete, quodcumque vis, dixit ille fratri suo, sed mihi da paratum hunc cibum; quæ re præclaram sibi offerri occasione ratus Jacob, primogeniti jura poposcit. Non hæsi diu Esau, responditque sibi jamjam famæ interituro nihil profutura primogenita sacramento primogenita cessit citra molestiam, dummodo suæ satisfaceret edacitati: Abiis, parvipendens, quod primogenita vendidisset. Ita Esau, quem jure optimo Sanctus Paulus profanum vocat, abjectissimam efamam illi prætulit rei, quæ nihil ipsi esse debebat antiquius. Levem voluptatem prætulit omnibus benedictionibus, quibus aliquando a Parente optimo erat cumulandus, & pro nihilo vendidit, quod vitæ ipsius impendio servandum erat.

Loqui de intemperantia vitio, deque sceleribus in quæ eadem impellit, minime possum, quin Israeliticis populi recordatio menti meæ subeat; qui, uti narratur in Exodo, cum esset in deserto, die quadam postquam immodice epulis, vinoque sese ingurgitasset, surrexerunt, ut auro vitulo sacra facerent: Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Et quod magis adhuc mirum est, quasi tanta hæc impietas eorum sententia lusus videretur, se nugari, non autem adeo horrendum facinus committere arbitrabantur. Et surrexerunt ludere. Heu! qui justus! & quam supremæ Dei Majestatis acerbus; qui statim in arena consilium inii infidelis hujus populi delendi, eumque deesset, nisi mansuetudine sua Moyles tantam cladem fuisse deprecatus. Hoc tamen ipsum populo funestum fuit, etenim ad Cæli iram sedandam, litandum eidem fuit trium, ac viginti millium cæde, postquam illis pro-

Primum peccatum intemperantia malorum omnium causa.

Intemperantia ex illis fuit sceleribus propter quæ Deus diluivum immisit. Matt. 24.

Intemperantia Esau, qui pro lentum edulio primogenita vendidit. Genes. 25.

Idem.

Idem.

Idololatria Judæorum effectus intemperantia.

Exod. 32.

pinasset sceleris eorumdem objectum a Moyse confectum, & aquæ immixtum. Hæc ea scelerata sunt in quæ tandem labuntur intemperantes, quorum, ut Apostolus inquit, Deus venter est.

Idem populus sæpe per intemperantiam suam in se Dei iram convertit; cujus rei infiniti operis esset omnia Scripturarum exempla proferre; at quod allatur sumus, præsertim nullo modo potest quin præclarissimum hujus argumenti ornamentum omitatur. Hoc autem accidit, cum populus manz perzatus, quæ epularum omnium gultum complectebatur, murmurare cœcepit, atque immodica ætus intemperantia petiit animantium carnes, quibus vesceretur. Inordinatæ illorum cupiditati indulgit Deus, sed hoc in eorum cessit interitum. Totis castris tantus coturnicium decidit imber, ut solum tegetur; & avidus populus die una, simul ac nocte avibus colligendis intentus fuit, quas exsiccat, atque in menus integri, & ultra, annonam condidit. Verum Deus cum novitate prodigii suam probasset potentiam, justitiam quoque suam insigni supplicio probavit. Etenim, ut Scriptura inquit, adhuc efca in ore erat ipsorum, cum ira Domini contra cupidissimos murmuratores detonavit. Repente terribilis in castris mediis exarxit ignis, magnamque illorum partem absumpsit; ut inordinatæ concupiscentiæ ignem puniret; & locus ubi tot calamitosi contumelari fuerit, concupiscentiæ sepulchrum appellatum fuit, ut æternum esset posteris monumentum suppliciorum, quibus Deus intemperantes punire consuevit.

Primi Parentes nocentes facti sunt per intemperantiam. Noe per incuriam inebriatus est, statimque crapulam edormiens visum est nudato inguine, ab uno filiorum suorum irrisionibus expositus. Loth ab ipsis, quas genuerat, filiis inebriari passus, nesciens quid faceret in terrerum incedum lapsus est. Sodoma ad iniquitatum suarum cumulum non evasit, nisi per affluentiam earum rerum, quæ ad victum sunt necessaria, perque immodicum alium eorum. Holophernes mero maduit a muliere cæsus fuit, quæ illius caput abscondit eodem gladio, quem ille populo Dei minitabatur. Balthasar Rex Babylonis in magnifica mensa, qui omnes uxores, pelliceseque ipsus aderant, omneque auxz Satrapæ aureis bibens scyphis, quo Nabuchodonosor ex Jersolymitano exeyerat tempore, vidit manum mysticis caracteribus scribentem fux mortis sententiam, quæ post paucas horas fuit adimpleta. In convivio iussit Herodes sibi in disco Magni Joannis Baptistæ caput afferri.

Mundi Salvator donec in terris versatus est, non secus ac alii manducavit, & bibit; interesse quoque voluit nuptiis, atque conviviiis, ut nos fuo doceret exemplo, Sanctus Angustinus ait, hæc in re excessum tantummodo, nimiamque edacitatem improbat, atque sobrietatem tam in conviviiis quam in abstinentiis esse servandam. Docuit etiam, ea, quæ apponerentur, accipiendæ esse, & manducandæ; ut intelligeremus ex Providentiæ ipsius ordine obfusca lumenda esse, non autem gustu, atque appetitu nostro eligenda. In desertum adductus a Spiritu Sancto, ut a diabolo tentaretur; permissit, primo hostis impetu temperantiam ipsam probari, ut hinc cognosceremus primum, quod in Dei servitio sustinendum est prælium, primumque a nobis superandum vitium, gulam esse, atque intemperantiam.

Quis non metuat funestissimam infelicis Epulonis sortem, de qua sermo est in Evangelio? Homo quidam erat dives, & epulabatur quotidie splendide. Equidem scio non ob crapulam solum ab Evangelio divitem istum dampnari, sed in sceleris partem accessisse durtum, quæ Lazaro menz analecta negabat, hæc immo præcipuum damnationis ejusdem causam fuisse. Verum ignorari non potest, intemperantiam, quæ homines in noxias hujusmodi profusiones impellit, ut plurimum causam esse hujus avaritiæ crudelis, propter quam cor, oculique pauperum egestatibus obstruuntur; & hæc cibi, potusque intemperantiam, hæc exquisitarum epularum, ac delicatissimorum vinorum perquisitionem alteri in vita peculiari supplicio puniri, quemadmodum in hoc malo divite invenitur, qui duobus annorum millibus a quæ guttam petit, quin illam adhuc obtinere poterit. Peccavit ille sese dapibus, merore ingurgitans, & hæc ob causam ardentissimi torquetur, & quantum deliciarum gustavit, tantum suppliciorum patitur. Quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormentum.

Etiam in ista illa quæ carnes manz præclio.

Congeries exemplorum ab omni tempore intemperantia, & malis ejusdem.

Temperantia est moderatio, quæ in omni re servanda est.

Epulonis exemplum ab antiquo perentia deterrere debet.

Apoc. 17.

Quantum

Quantumlibet severa sit lex Christianismi, & licet acerrimum ipsa bellum indicat intemperantia, nunquam tamen Christiani convivorum usum & comestionem prohibuit. Immo adeo parum inimica est hujusmodi oblectationum, ut primis Ecclesiæ sæculis in sanctissimis etiam locis, & coram aris earum usum permitteret. Postquam Corporis, Sanguinique Domini Mytheris seipos refecerant; tunc Deus fe eorum Patrem profitebatur omnes suæ mensæ admittens, tunc illi Filio Dei esse ostendebat coram quo simul tamquam fratres cœnæ accubant. Quæ consuetudo si deinceps obsolevit, hoc satis ostendit, labente tempore aliquod obrepisse incommodum: at desuetudo nequaquam interdicit, quominus interdum animi erga hedeles simul conviventer, Verum ut liqueat quantopere primis fidelibus cordi esset convivorum suorum, quæ agapes dicebantur, videlicet dilectionis, & charitatis convivia, ecce quid de illis dicit Minutius Felix ex primis Christianis auditoribus unus: Convivia non tantum publica colimus, sed etiam sobria; nec enim indulgemus epulis, aut convivium mero ducimus, sed in gravitate hilaritatem temperans casto sermone, corpore inquit in Apologetico.

Minutius Felix in Oratio.

Tertull. in Apologetico.

Applicationes quorundam Scripturæ locorum huic Argumento.

Incrassatus est dilectus, & recalcitravit. Deuteronom. 32. Quemadmodum nulla re magis, quam temperantia homines divinis rebus aptiores sunt, atque ataciores ad ea obunda, quæ ad Domini cultum pertinent, ut inquit Scriptura; ita nulla re anima ab omnibus vitiis, quo homo carnalis prorsus quam opposito vitio, quo homo carnalis prorsus efficitur. Incrassatus est dilectus, & recalcitravit. Israel affluentiæ, opparique dapibus saginatus est, cumque in rerum egestate ad me confugeret; ac tantquam Deum suum adoraret; copia, & epularum abundantia illum impulit, ut contra iustitiam meam rebellaret, atque instar equini pulli in eum, a quo altus est, recalcitraret: Incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo. Sese cibi potusque intemperantia mancipans, atque honorum affluentia perfruens dereliquit cultum Dei sui, a quo fuerat creatus, atque illius detrectavit impetrium, qui tot mirabilia patraverat, ut illum de Aegypcio captivitate liberaret.

Quomodo epulones sibi ex venter efficitur.

Aug. in 74. 76.

Non desunt, qui in eo gloriam suam constituunt.

Pro. 23. Ulic.

epotandis? Væ, qui potentes estis ad bibendum. Væ vobis, qui tunc strenui dumtaxat estis, cum caprioribus scyphis bibendum est. Heu! Auditores; dicendum non sine saculi hujus dedecore est, non deesse hodiernæ quoque die hujusmodi iugantiam, & vos quoque nobis hujusmodi prælorum exitum, quibus abstino, ne loci sanctitatem videri contamine. Hoc dico solum, si qui hujusmodi artem profiterentur, aunc illam sibi gloriæ verant, hæc fore aliquando confusionis ipsorum causam, ipsoque in caput suum terribina Det maledicta detraheuros. Et gloria in confusione ipsorum. Sicut in die boneste ambulamus, non in comestationibus, & ebrietatibus etc. Ad Rom. 13. Infidelitatis tenebræ evanuerunt, Fidelibus dicit Apostolus; relinquentia modo sunt opera tenebrarum, operas, sicut ex eo quænam hæc fiat tenebrarum opera, illa his verbis indignat: Non in comestationibus, & ebrietatibus: hoc est, interesse nequaquam debet cogitibus gætorum, & compotationum, sed comformem instituto vestro vitam traducere. Quod ipsum ait Sanctus Petrus illis, qui recens Ethnica superstitione relecta Fidem fuerant amplexi: Sufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam his, qui ambulaverunt in luxuriis, vinolentis, comestationibus, potationibus. Non est amplius tempus vivendi Ethnicorum more, neque in ea vitæ ratione perleverandi, cui assueti eratis, cum inter illos viveretis; sed modo sobria, & Christiano viro digna ducenda vitæ est; ac inde incipiendum, ut fiat vera conversio.

De necessitatibus meis erue me. Psalm. 24. Regius Propheta orabat Deum, ut ab eo liberaretur jugo, quo vitæ hujus necessitates, bibendi videlicet, vescendique &c. illum premebant. Hunc sensum alatis verbis S. Bernardus appingit: Deus meus libera me de hoc jugo, & servitute, quæ necessitatibus meis cogor subvenire. Etenim, idem qui hoc ipsum a Deo patitur ait; Exporz sæpe, quod naturæ necessitatibus satisfacere volens, meo appetitui indulgeo; & sub necessitatibus prætextu, decido in laqueum voluptatis.

PARAGRAPHUS IV. Loc, & Sententiæ Sanctorum Patrum in hoc Argumento.

Fieri potest ut sapiens pretiosissimo utatur cibo, sine vitio cupiditatis; insipientes autem, judicissima guttamina in vilissimum exardescat. August. lib. 5. de Doctr. Christiana. Quod saluti satis est, delectationi parum est. Idem, l. 10. Confess. c. 37. Si te, & alium inebriaveris, habebis hominem amicum, habebis Deum inimicum. Idem, Sermon. 230. de Tempore. Ebrius confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, invenit damnationem æternam. Idem, ad Iacras Virgines. Fugiamus ebrietatem, ne in crimen luxuria incurramus. Idem, vel alius Author, l. de Iacrarum dorum. c. 37. Quis est qui non rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis? Certe ego non sum, quia homo peccator sum. Idem, l. 10. Confess. c. 32. Male domine servitur gula, quæ semper expetis, nunquam expletur. Ambrosius, in Sermon. de Jejunio. Quid miserabilius ventræ bœdie suscipis, cras exigit; cum impletus fuerit, disputatur de continentia; cum digesserit, vale viribus dicitur. Idem. Plurimos gula sua occidit, nullum frugalitatis, innumeros vana nocuerunt, nulli parsimonia; plerique inter epulas sudare animas, & mensas proprio repleverunt sanguine. Idem, lib. de Cain & Abel. Non cognovimus, sed carnificiam putas; prælium gæri, non prælium; adeo omnia sanguine natant. (Loquitur de apparatus convivorum.) Idem, ibid. c. 2. de Elia & Jejun.

Procedite potu longius, contentiones diverse, & magna certamina quis bibendo præcellat. Idem, ibidem. Agonothetes, illic furor est, stipendium debilitas, victorie præmium culpa. Idem, ibid. Rogas (amicos) ad jucunditatem, cogis ad mortem; invitias ad prælium, offerre vis ad sepulchrum; cibus promittis, tormenta irrogas; vina præcandis, cœnena suffundis. Idem, ibidem. Semper saturitati juncta est lascivia. Hieron. in Sermonibus. Elus carniæ & potus vini, ventrisque saturitas.

Ex vitæ sobrietate procreatur moderatio, quæ in omni re servanda est.

Ex vitæ sobrietate procreatur moderatio, quæ in omni re servanda est.

Sub necessitatibus meis cogor subvenire.

Elus carniæ & potus vini, ventrisque saturitas.

Seminarium libidinis est. Idem, lib. 2. in Jovinianum. Et ex voluptate vitanda est satietas; nihil enim ita obruit animum, ut plenus ventris. Idem, ibid. Vinum & adolescentia duplex est incendium voluptatis; quid oleum flammam adjicitur? Idem, ad Eusebium de virgin.

Hæc adversus adolescentiam prima demonum arma sunt, (nempe vinum & gula.) Idem, ibid. In vino luxuria est; ubiqueque saturitas, & ebrietas, ibi libido dominatur. Idem, in Epistola ad Oceanum.

Cor habet in ventre gustosus. Idem, in Matth. Si quis existimat & abundantia ciborum potuumque se perficit, & vacare posse sapientie, hoc est versari in deliciis, & delictarum vitis non teneri, seipsum decipit. Idem, lib. 2. in Jovinianum.

Animus vero æstivans, cito desponsat in libidinem. Idem, Epist. 83.

Semper epulas comitatur voluptas; nam dum corpus in recessione delatione resolvitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Greg. 1. 2. Moral.

De ventris ingluvie inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagatur. Idem, 1. 3. Moral.

Voluptas sub necessitate est palliata, ut vix eam perficitur quisque discernat. Idem, in Moral.

Non cibis; sed appetitus in vitio est; unde & laetiores cibos plerumque sine culpa sumimus, & abjectiores non sine vestio conscientie degustamus. Idem, 1. 30. Moral. c. 17.

Dominante gula vitio, omne quod homines fortiter gerunt, perducunt. Idem, ibid.

Gula vitio relicto, multa simul vitia reserantur. Idem, in Reg.

Gula innumera vitiorum agmina ad animam constitutum perducit. Idem, ibid.

Quod necessitatem in edendo excedit, id non alimentum, sed potus est; satietas malorum omnium origo. Chrys. Hom. 21. in Matth.

Nihil est gula perniciosius, nihil ignominiosius est; hæc obtusum & crassum ingenium, hæc carnalem animum reddit, hæc cæcat intellectum, nec sinit ut quicquam perspiciat. Idem, Homilia 44. in Joannem.

Ubi regnat ebrietas, ratio exulcat, intellectus obtunditur, consilia deviant, iudicia subvertuntur. Chrys. sol. in quodam Sermone.

Omnibus in locis cibis qui fit ad vitium necessarius solerti ratione inquirendus, condimentorumque elaborata blanditiæ, & voluptatis illicebres repudiandæ. Basil. de vera virgine.

Gula vitium non in escarum copia naturæ suæ vim exercere videtur, sed in voluptate atque gustatu. Idem, Serm. de Abdicat.

Non sula capula vini mentem inebriare consuevit, necum etiam cunctarum escarum varietas. Cassianus in Instit. Monach.

Primum nobis calanda est gula concupiscentia. Idem, 1. 3. c. 14.

Sicut omnes carnales cupiditates per abstinentiam refecantur, ita omnes anime virtutes edacitatis vitio destruantur. Iidorus de summo bono.

Nemo potest virtutum perfectionem attingere, nisi prius ventris edomuerit ingluviem. Idem, libr. 1. cap. 42.

Plerisque laus est multum bibere, & non inebriare; audiant si adversum se dicentem Prophetam: vos qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Idem, lib. 2. cap. 43.

Quid infelicis ebrietatis dominatur? vixit ultra capacitatem infundere, sensu rationem adimere, non loqui, non meminisse, non stare; & mortem quamdam naturæ incolunt imperare. Hieronimus in Psalm. 125.

Monstrum habetur libido sine gula. Tertull.

Droilitæ edacitatis abnormitatis deserunt. Idem.

Appendices gula lascivita atque luxuria. Idem, c. ult. de Jejunio ad Phelic.

Fiunt abundantia ciborum fomenta vitiorum. Iidorus.

Non sufficit gula, quod sufficit natura. S. Leo, Serm. 12. Quadrag.

Ebrietas est blandus demon, dulce venenum, quam qui habet, seipsum non habet; quam qui facit, peccatum non facit, sed ipse totus est peccatum. Aug. in quodam Serm.

Plures occidit gula, quam gladius. Quorum mens cum carne impinguita est. Cassianus de Spiritu Gastrimarg.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia penam ad hoc argumentum deprimi possit.

Intemperantia, vel gula inordinata est edendi, bibendi cupiditas. Contra temperantiam peccat, qui vel vetitis vescitur dapibus, vel immo dicte licitis etiam se ingurgitat, vel in illis nimium deliciarum inquirens voluptati nimis indulget. Et ratio est, quia voluptas, quæ ex esu, & potu percipitur, modum est, & ex eo fit finis; remedium est nostræ imbecillitatis, & ex eo vel peccati illecebram, vel concupiscentiæ escam efficiunt. Necessitas, & ratio esse debent edendi, bibendique regula, sed a necessitate ad voluptatem, & a voluptate ad excessum progredimur. Rationis prætergredimur fines; & cibos, potuque ad illam vel inframandam, vel perendam abutimur; & per ea ipsa, quæ ad corporis vitam, ac valetudinem tuendam instituta sunt, illius sæpe, animæ vero sæpius mors procuratur.

Quemadmodum sobrietas in cibi, ac potus moderatione consistens, duobus vitis adversatur, gula, & ebrietati; sic intemperantia, quæ illi opposita est, duas habet species, quæ sunt materiae ejus mali, quod in hoc vitio invenitur, idcirco duo sunt diversa peccata contra sobrietatem; videlicet gula, quæ peculiariter cibum respicit, & ebrietas, quæ proprie in excessu consistit vini alteriusque liquoris, qui ebrietatem possit afferre. Itaque intemperantia nomen est genericum commune; & promiscue ad utrumque significandum potest usurpari.

Intemperantia nonnumquam peccatum mortale est, cum accidit, ut voluptas, quæ ex cibo potuque percipitur, ad contemptum divinarum legum nos trahat; vel cum efficit ut in notabili materia quantitate Ecclesiæ præceptum infringamus, vel ut propter hanc voluptatem ita affecti simus, & præsertim si finis Divinis legibus in re gravi infringendis, tum quibus prohibemur ne satis faciamus hujus voluptati, & inordinato esse, potiusque appetitui indulgemus. Intemperantia hæc nonnumquam venialis tantum est noxa, videlicet cum efficit, ut his in rebus deficiamus, quæ ad nostrum finem ordinatæ sunt, Deum nempe, qui tamen, ut huic satis faciamus, cupiditati, quidquam in Dei, Legumque ejus contemptum aggredi velimus. Hoc docet Sanctus Thomas, vitium istud considerans in habitu, vel dispositione illius, qui eidem obnoxius est. Quod pertinet ad actus temperantie contrarios, insigniores, meliorisque notæ Doctores, atque Casuiste in gravium, mortaliumque peccatorum numerum ista constitunt. 1. Quamquam convivia, & comestiones inter amicos, & consanguineos, quibusdam in occasionibus liceant; mortaliter tamen peccatur, si quis se mero, dapibusque ita ingurgiat, ut non modicum suæ officii valeat. 2. Cum hoc pacto quis imparet se præstari muneri sui officii obsequiis, quæ necessario adimpleri tenetur. 3. Si hæc comestiones, comestionesque ita frequentes sunt, ut ex ventre Deus fiat, ut inquit Apostolus; ut nil cogitetur aliud, non alia cura, finisque habeatur.

4. Cum, ut inordinato fiat satis appetitui, Ecclesiæ jejunia violantur. 5. Cum quis se mero proliu usque ad ebrietatem, atque rationis jacturam, vel cum, ut sit indulget voluptati, seipsum in discrimen adducit de sano mentis usu deficiendi. 6. Cum ad aliorum ebrietatem aliquid conferimus, illos ad perpotandum fuadentes, & impellentes; quod satis crebro contingit. 7. Si prævidemus futurum ut largius epulis, vinoque nolmet ingurgiantes in aliquod impudicitiæ peccatum, qui effectus est intemperantiæ, decidamus.

Quemadmodum gula, atque intemperantia proprium est, cum facti cognitione, atque inordinato appetitu regulam, justamque cibi, potuque mensuram prætergredi; qui ultra quam opus, & fas est manducat, aut bibit non propter inordinatum hunc appetitum, sed quod credit, & sibi persuadet ciborum copiam, qua utitur, necessariam esse valetudini suæ, vel viribus reficiendis, quæ, ut munere suo perfungantur, sunt necessarie; potest quidem falli; vel per ignorantiam, non autem per intemperantiam peccare. Similiter neque cupidiarum delicie, sed cupiditas inordinata, qua appetuntur, peccatum constituit.

Cum plaribus modis contra temperantiam peccari possit, hi sunt præcipue evitandi, ut quemadmodum Christi fidelem decet, nolmet geramus in actione,

Gula, & ebrietas, quæ sunt species intemperantiæ.

Quando cibi, potusque intemperantia mortale peccatum est, vel peccatum veniale.

S. Thom. ibid. art. 2.

Paulo nimis manducare, 30. iustum necessarium cibi mensuram excedere non semper est contra temperantiæ.

Præcipui actus intemperantiæ.

ne, quæ per se adeo abiecta est, sed quæ omnino est necessaria. 1. Bibere, vel manducare ultra quam opus est, vel necessitas patitur, & ultra eam quantatem, quæ sufficit vitui ordinario; quod peccatum Ezechiel Propheta Sodomorum incolis tribuit: Hec fuit iniquitas Sodomæ, & saturitas panis, & abundantia. 2. Nimis avidæ, & præcipitanter comedere, licet communes tantum dapibus comedatur; ubi cum Sancto Augustino advertendum est, nullas adeo delicatas esse opedias, quibus sobrie uti nequeamus, cum iidem pro status nostri, aliarumque circumstantiarum ordine, atque decore utimur; sed e contra nullas esse adeo e trivio desumptas, adeoque male conditas, quæ cum intemperantia nequeant manducari, uti Esau, qui ut lenibus vesceretur, primitiam vendidit. 3. Extra tempus cœnæ, vel prandii sine causa, & sine necessitate comedere. 4. Conquirere vina nimis exquisita, ac nimis delicata obsonia, uti populus Israel manna in deserto pertraxit. 5. Escis, poculisque nimium curæ, & cogitationis impendere, sæpe de his loqui, opipara se usus mensa jactare, dolere, & conqueri, ubi ferula non egregie condita sunt, tamquam ventri inferiretur, vel in efca, & potu quadam beatitudinis pars constitueretur.

Regib. 16.

L. 10. Conf. cap. 31.

Injuria, quam nobis infertur per intemperantiam.

Ezech. 37.

Prov. 21.

Vitia, quæ ex intemperantia oriuntur, & quorum illi causa est.

Osce 13.

tulliano luxuria sine intemperantia monstri genus videatur. Ex his omnibus Sanctus Thomas inferret, licet intemperantia per se non sit scelus omnium gravissimum; attamen propter mala, quorum vulgo parens est, inter gravissima esse recensendum.

Nihil hac in re magis apertum, explicitumque potest afferri, quam quod Viennense Concilium capite decemotertio decrevit. Ebrii quidem neque corporum, neque mentium suarum sunt composites; at nonnumquam licet scelera ignorent, eorumdem rei sunt, neque hæc ignorantia illos impune abire patitur, quia in causa sua est voluntaria: Vox illa nonnumquam nequaquam significat ipsos non reos esse nisi criminum aliquorum, quæ ab ipsis patrantur: ignorantia non minus pro uno, quam pro altero vitio voluntaria est; at significat solum eos, qui mero madent, non semper sese aliis abdere criminibus, quantumvis rationem reddiderit sint, atque supplicio afflicti propter omnia scelera, quibus hoc in statu se manciant, tunc saltem cum imbecillitatem suam experti sunt. Sanctus Thomas de illis fert majorem cum severitate iudicium; credit enim ebrietatem efficere nocentiorum eum, qui hoc in statu aliquid peccat; videlicet, ne ab illius sententia discedam, eum qui ebrietatem prætereret veluti excusationem scelerum, quæ in eo statu commisit, seipsum longe nocentiorum declaraturum esse, quia se alterius etiam sceleris reum fateretur. Et ratio communis est, quia ignorantia, & negligentia voluntariæ non sunt excusabiles.

Ebrius reus est peccatorum quæ in ebrietate committuntur, cum illa prævidetur, ut prævidere debuit.

2. 2. q. 150. art. 4.

Fatendum quidem est hominem non esse adeo nocentem cum primum de sanæ mentis usu dejectum nimio vini haustu, quia nondum vel meri de illo, qui vinum, vel capitis sui imbecillitatem cognovit. Hac primam de causa Sanctus Augustinus excusat Loth ab incestu, quem patravit: sed cum per experientiam non licet amplius homini de altero ambigere, nullus dubio quominus illi vitio vertat Deus ebrietatem, & quidquid per ebrietatem peccat, quæ plurimorum est Doctorum sententia. Verum est, ajunt, hominem suo minime comitem, & cui nullum insaniam rationi intervallum relinquit, nequaquam noxium fore, si in vitium rareret, quia mala prævidere non potuit, neque in ipsius potestate fuit, sanæ mentis usum tueri: Sed jactaneo cum debeat, & potuerit rationis suæ iacturam non facere, illi vitio veritur furor, blasphemix, & quidquid impunitus eo in statu committit.

Quid fatentem cum primum de sanæ mentis usu dejectum nimio vini haustu, quia nondum vel meri de illo, qui vinum, vel capitis sui imbecillitatem cognovit. Hac primam de causa Sanctus Augustinus excusat Loth ab incestu, quem patravit: sed cum per experientiam non licet amplius homini de altero ambigere, nullus dubio quominus illi vitio vertat Deus ebrietatem, & quidquid per ebrietatem peccat, quæ plurimorum est Doctorum sententia. Verum est, ajunt, hominem suo minime comitem, & cui nullum insaniam rationi intervallum relinquit, nequaquam noxium fore, si in vitium rareret, quia mala prævidere non potuit, neque in ipsius potestate fuit, sanæ mentis usum tueri: Sed jactaneo cum debeat, & potuerit rationis suæ iacturam non facere, illi vitio veritur furor, blasphemix, & quidquid impunitus eo in statu committit.

Nullum turpius vitium est, & plus dedecoris affert homini, quam intemperantia, quandoquidem hæc illam non solum usque ad brutorum conditionem dejicit, verum etiam quodammodo infra eandem demittit; Etenim jugi experientia didicimus ex omnibus animantibus unum hominem huic mancipatum vitio abuti bonis, quæ sibi in corporis alimentum a Deo fuerant concessa. Videmus bruta, quæ magis stupida sunt, hæc in re plus moderationis, quam eundem habere, neque ullam esse creatorum hujus noxæ ream, præter hominem intemperantem, quemadmodum loquitur Sanctus Augustinus: Nulla creatura est culpa, sed sola hominis inordinata voracitas. Ipsa etiam docet natura, nos nequaquam vivere, et edamus, sed edere, ut vivamus; & finem, ac præcipuum vitæ suæ negotium in hac vitæ comparandi cura collocare est ordinem a Deo institutum prætertere, ac se indignum vitæ præbere.

Nullum turpius vitium est, & plus dedecoris affert homini, quam intemperantia, quandoquidem hæc illam non solum usque ad brutorum conditionem dejicit, verum etiam quodammodo infra eandem demittit; Etenim jugi experientia didicimus ex omnibus animantibus unum hominem huic mancipatum vitio abuti bonis, quæ sibi in corporis alimentum a Deo fuerant concessa. Videmus bruta, quæ magis stupida sunt, hæc in re plus moderationis, quam eundem habere, neque ullam esse creatorum hujus noxæ ream, præter hominem intemperantem, quemadmodum loquitur Sanctus Augustinus: Nulla creatura est culpa, sed sola hominis inordinata voracitas. Ipsa etiam docet natura, nos nequaquam vivere, et edamus, sed edere, ut vivamus; & finem, ac præcipuum vitæ suæ negotium in hac vitæ comparandi cura collocare est ordinem a Deo institutum prætertere, ac se indignum vitæ præbere.

Intemperantiam contraria virtus coercere debet.

Quemadmodum nulla virtus est, quæ ad vitium aliquod everendum constituta non sit, ex temperantiæ essentia, & officio videtur, hujus præsertim esse in nobis gula excessum reprimere, & quemadmodum primus vitii hujus excessus est pluribus se ingurgitare cibis quam necessitas postulat, ita ad brutale hoc vitium reprimendum ratio potissima, quam nobis suggerat temperantia, sobrietas est, quæ natura indigentem id tribuere novit, quod ad vitam, & corporis valetudinem est necessarium, atque edacitati negare ea, quæ voluptati tantummodo indulgent. Alteram temperantiæ munus est sensum appetitui superfluis negare delicias, quas semper ad voluptatem, non ad necessitatem gula requirit. Itaque virtus hæc escam, cibumque nostrum regere debet juxta Sapientis consilium dicentis, utere quasi homo frangi bis, quæ sibi opponuntur.

Esti. 7. Intemperantia fatentem excusabit.

Nihil versutius nos seducere potest quam intemperantiam.